AF2729

Ms. no. 43
(anc. no. 13)

III



Ms n° 43
anc - n° 13
numérotation d'encre rouge inutile

Censuræ ~~Physicæ~~ chemicæ, ~~Physiologicæ, & Historiæ Naturalis~~ Anatomicæ Morbosæ 17 20/12 36 Index appensa indicabit Contenta

Historiarum anatomicarum morbosarum. potissimum 17 2/6 42.

A.A. exquibus collegi.

Regiæ Scientiarum Academiæ Historia. Per Joan. Baptista Du Hamel. Parisiis 1698. 4°

Philosophical Transactions

Hales Statitick & Hemasticks.

Brisseau. six observations ala fin du II tom de l'Anatomie chirurgicale de Palfin. de l'edition de Paris 1734. 8°. 2. vol.

Frid. Ruysch. observations Anatomiques & chirurgicales au nombre de cent. trad. par D. M. Paris 1734. ala fin de l'Anatomie chirurgicale de Palfin. 2. vol. 8. Paris.

Thomae Bartholini Acta Medica Physica Haffniensia an. 1671. & 1672. Haffniae 1673.

Musei Imperialis Petropolitani. vol 1. Pars 1. qua continentur Res naturales ex Regno Animali. Typis Academiae Petropoli. 1741. 8°. (continet praeparata Ruyschiana.)


Nicolai Tulpii observ. Medicae. Amstelod. 1672. Elsevir.

Histoire de l'Academie Royalle des Sciences depuis 1666 & Suivants 4° Paris.

Bonetus Sepulchretum Anatomicum in tres tom. Geneva 1700. fol.

& Multorum, quos hoc opere leges

Collection des Remedes, copies du 3me volume des Oeuvres de M. Boyle, abregés par Mr Peter Shaw. 3 vol. 4° London



M^s n° 43 (anc. n° 13)

~~Index de Cousas~~

~~Memoraveis~~

Na.

~~Physica chemica Historia~~

~~Natural. Anatomia~~

~~17 20/12 36. S. Petersburg~~

~~Ad vernay. tom. 1.~~

Index Anatomiae Morbosae

A
B
C
D
E
F
G
H
I
L
M
N
O
P
R
S
T
V
X
Z



Fermentatio

… avoir presse & jeté le jus font non seulement du pain, may aussi
… le pain ils tirent tout le jus de la racine, ensuite ils la batten & la
… de grands torteaux, qu'ils cuisent au four, & c'est qu'ils appellent cas-
… breuvage ils prenent ces torteaux secs, & les detrempent dans l'eau
… le jugent apropos : Cette pâte cuite ainsi avec l'eau devient
… tion qu'elle enyvre comme fait notre vin. . Relation de la Riviere
… voyagé 1639

Arteriae — 14.
Arteria aorta — ib.
Aspera arteria. 20.
Arteria Pulmon. 15.

A
B
C
D
E
F
G
H
I
L
M
N
O
P
R
S
T
V
X
Z

B

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

R

S

T

V

X

Z

Cineres loco Salis Comm. — fol. 2. 4
Cerebrum: ~~nati sine cerebro~~ 8: 19: 83.
Calculus humanus — — 9
~~Cerebrum 19:~~
Cartilagines 20:
Caro 20:
Cutis: 21
Cor: 22
Cranium: 69:

Cerebellum: 23

Caput 24

Conceptus foetus preter naturam. vide Uterus.

C D E F G H I L M N O P R S T V X Z

D

Diaphragma: 25
Dura Mater: 26
Dentes: 66
Ductus Thoracicus p. 74

D
E
F
G
H
I
L
M
N
O
P
R
S
T
V
X
Z

Epidermis: 27
Epiploon: 28:
Epiglottidis ulcus: 82.

Fermentatio ———— fol. 1
Frigus comprimit, & tm̄ aquam dilatat. – – – – 3.
Foetus in abdomine inventus intra uterum pag. 89

F G H I L M N O P R S T V X Z

Gravitas, mineralia igne gra-
viora evadunt — 3 | 4

Generatio fructuum — 7
Glandulae : 29
Generatio : 76 :
Glanglion . 79 .

G
H
I
L
M
N
O
P
R
S
T
V
X
Z

Hepar. 30

Harmattan. vide — pag. 35
Ventus Pestilens.

Intestina . 31

Intestinum duodenum . 31:

—— Ileum . 32:

—— Colon . 33:

. . . Rectum : 68 –

. . . Coecum . ib

Irritabiles partes Corporis . Vid. MS. de Mby Melancholicy.

I
L
M
N
O
P
R
S
T
U
X
Z

Lymphatica vasa. 34:
Lien: 34:
Linguae cancer. pag 88

L
M
N
O
P
R
S
T
U
X
Z

Membranae : 35
Musculi : 36 :
Mesenterium : 37 :
Mammae : 38
Mediastinum : 39 :
Medulla oblongata : 41.
Membrana Villosa . 35.
Membrana cellulosa pag. 35

M
N
O
P
R
S
T
V
X
Z

Nervi :42.
Nares 64

N
O
P
R
S
T
V
X
Z

Ossa : 43:
Ovaria: vid. Uterus.
Oesophagus: 44:

Oculi: 45

Omentum : 28:
vid. Epiploon

Pinguedo: 46:
Peritonaeum: 47:
Pancreas: 48:
Pleura: 49:
Pericardium: 50
Pulmo: 51.
Pia mater: 52
Pylorus: 57.
Periosteum: 71:

Ros — — — — 5 15

Renes: 53

— Succenturiati: 53.

Respiratio Læsa .. vid. p. 83

R S T V X Z

Salsedo mary ——
Spinalis medulla.: 54:
Sinuy. maxillaris. 55:
—— frontalis. 72
Suturae deleta. p. 80.

6 18

S
T
V
X
Z

Testes: 56:
Tubae Falopianae. 75
Thymus: 78

48

T
V
X
Z

Vegetantia — fol 10
Venae — 16:
vena cava – 16
— portar. 17
— lactaae. 77.

Ventriculus: 57.

vesica urinaria: 67:

vesica fellis: 58:

ureteres: 59:

urethra: 60

vesiculae Seminales: 60.

uterus: 61
... ovaria: 62
... tubae Fallopii. 63.
— vagina – 61.

valvulae cordis: 65
Umbilicus. p. 81:
Ventus Pestilens Affric. pag 35

V
X
Z

22

lui
e le
t de
du b
ils le
ntat
on v

lui
e l
-de
ue b
ls le
tat
onv

lui
e le
- de
ue b
ls le
rtat
on v

Fermentatio

§ Les Americains de la racine Yuca aprés lui avoir pressé & jeté le jus font non seulement du pain, mais aussi un liqueur comme le vin: : Pour faire le pain ils tirent tout le jus de la racine, ensuite ils la batten & la reduisent en poudre : de cette farine ils font de grands torteaux, qu'ils cuisent au four, & c'est qu'ils appellent cassava : Quand ils veullent faire du breuvage ils prenent ces torteaux secs, & les detrempent dans l'eau qu'ils font bouillir a petit feu, tant qu'ils le iugent apropos : Cette pâte cuite ainsi avec l'eau devient une boisson si violente par la fermentation qu'elle enyvre comme fait notre vin. . Relation de la Riviere des Amazones par le P. Acuña dans son voyage 1639

Cineres loco salis communis in victu

Les Indiens du coté de la riviere des Amazones accoutument de se servir pour saler des Cendres faites d'une certaine sorte de palme. Acuña dans la relation quotée.

Frigus

Du Hamel R. S. A. Hist. anno 1667. fol. 12. ait

§ = Illud enim palam est omnia pene corpora frigore contrahi, ut caloris vi dilatantur: Sed Aquam solam frigus = distendit: hinc glacies aquæ innatat, quod pro mole sua sit levior: Contra oleum frigore concretum fit gravius = & in liquidum oleum descendit. Vini Spiritus in thermometro multū contrahitur: sed aqua congelata dirumpit tubos = & vasa quibus coercetur. D. Hugens 16 8/1 67 cum sæviret hyems acerrima tubum ferri sclopeti in duas = partes secari atque unius extremium ferruminari jussit: tubi aqua repleti alterum extremum cochleæ ope vi = adactæ occlusit, ac ne aëri ullus pateret aditus, liquefactum plumbum superfudit ad fenestram sui cubiculi gelido = aëri tubum noctu exposuit, qui circa horam septimam matutinam crepuit magno cum strepitu, ac factus est in ea = parte, quæ minus firma erat, & crassa. Rima quatuor in longitudinem pollicum una est, per quam glacies variis bullu= lis in sui medio distincta erupit. § Experimentum in parte altera tubi iteravit, qui eodem fere modo dirup= tus est. . . . .

§ = Utrum aquæ particulæ, dum frigoris vis riget fiant immobiles, nec tam apte aliæ aliis incumbant, quam ubi mo= tu ingenito cientur, tum enim faciliùs flectuntur, ac pressioni aeris, aut aliarum aquæ partium cedunt? = An potius aër poris aquæ conclusus in varias bullulas distenditur, quales in glaciem per rimam sclopeti exeunte = visæ sunt, quod a circumfuso aëre minus premantur? aliis excutiendum relinquimus. quamquam illud ipsum = diiudicari potest experimentis quæ D. Homberg anno 1692. in sua machina Pneumatica nobis coram exhibuit. . . .

Causam puto esse quod in aqua aër est: & quando aqua congelatur comprimuntur aëris globuli, qui conjuncti jam superant resistentiam athmospheræ, & tunc diffringit vase primo, postea aqua exit, tanta, quanti adhuc sunt aëris globuli in ea inclusi.

Brasiliæ noctibus æstivis frigus intensius; hibernis, quod mireris, mitius præsentitur. Piso Cap. 1. lib. 1.

Gravitas

Du Hamel. anno 1667. p. 13

Vulgo persuasum est corporibus maius pondus non accedere, nisi sensibilis alicuius materiæ fiat accessio.
D. Du Clos. libram unam reguli antimonii in marmore triti, in tenuissimū pulvem contriti vase fictili
& plumbato impositam radiis Solaribus exposuit, atque ope speculi vitorii hanc materiam incendit, adeo ut
fumus albicans, & densior erumperet: pulvis in cineres redactus post horam integram $\frac{1}{10}$.a pristini ponderis
parte auctus est: pulvis quo tenuior citius inflamabatur, & ~~ponderosior fiebat~~ gravior apparebat.
§ Regulus antimon. | cochleari ferreo impositus $\frac{1}{8}$.a sui parte factus est gravior.
§ Limatura cupri rubri uncias 8 limaturæ ferri 4 unc., tantundem auri pigmenti crucibulo im-
posuit. tartari in pulv. redacti ℥ii superfudit alio crucibulo, & inverso prius operuit per octo horas in
furnulo, quem Cæmentationis vocant, aucto per gradus igne tartarum die crastina nigrum &
calcinatum apparuit; eo sublato hæc mineralia quatuor unciis graviora reperta sunt, adeo ut
auri pigmentum, quod ignis calore minui solet, tartari ope fixum evaserit, & per $\frac{3}{4}$ horæ igni
admistum $\frac{1}{5}$.a fere sui ponderis parte increvit.
Causa est fomitis particulæ, quæ intra mineralia se recondunt: etiam aeris particulæ.

Ros

Brasiliæ ros pinguior & corrosivo sale multo imbutior, quam Europæ, quia ferrum & reliqua rodit metalla præter alias minus solidas materias. Piso. p3

Brasiliæ mare salsius est quam septentrionem versus. p. 3 Piso

Generatio fructuum

Brasiliæ fructus Guiticoroi, seu Guitycuroy arboris semel per biennium — } p. 5. Piso
fructus arboris Ibarée, sive Guaiaci Brasiliensis vix per quadriennium producuntur }

Generatio

Albinuy Professor Anat. Leyde contra vetney esse generationy efficienty invehi
1742 tur[+]; & tantum pro aura Seminali contendit.
= L'occasion d'abjurer lui a ete donne par une certaine petite bete aquatique qu'
il a mis dans l'eau, & en la regardant en voila[+] une autre qui sort d'elle, il va
Per auram Seminalem = transporter cette nouvelle dans une autre vers d'eau, il la regarde un peu apres elle de
= vienne aussi grande que sa mere, & peu apres cette bête va a coucher, il transporte en-
= core cette dernierement produite, & elle va faire la même chose, & comme ça il a
= vu la propagation plus de 100 fois: Mons. Albinuy apresent ou il peut contre carrer
= & harceler Ruysch le fait: Boerhaave de son tems, (comme vous saves) a ete fort
= pour l'infallibilité de Ruysch. Sic tempora mutantur & nos &c. // partie d'une lettre de
= Mr. Ens disciple d'Albinuy dattee a 5 Juin 1742 a Monsr. le Dr. Condordi, qui me l'a com-
muniqué.) on ne concoit pas comme de cette observation on peut conclure ce qu'on avance: mais j'ai
trouve apropos de la copier pour donner a son temps l'esprit a cette speculation.

Cerebrum

vide pag. 19

Philos. Transact. abr. tom. 3°. p. 24. n°. Transact. 226

Natus fuit infans vivus sine Cerebro: hujus loco erat aqua rubra sanguis ve dilutus tunica, tanquam P. vel Dura Mater investitus: Medulla Spinalis erat, sinequa vivere animalia non possunt: ibi narratur D. DuVerney cerebrum Columbi abstulisse, & lino crudo implevisse & per parvum tempus vixisse adhuc: ita D. Chirac canibus Cerebrum & cerebellum detrahebat, follibus aer pulmone servabatur & vivebant aliquandiu hae animalia at sine Spinalli medulla vivere nequit ob rationes ibi allegatas.

Ex Memoires Academ. Roy. Chir. Par. tom. 1. p. 227. — Cephalaea

Fungus Cancrosus — Juvenis puella dolore capitis vehementissimo per VI annos torta, post varia ex arte medica remedia administrata ad arteriotomiam deventum est, sed frustra: ad trepanum deinde: neque ultra vasa ullus inventus humor, neque dura mater laesa. hac post aliquos dies secta, sed frustra omnia nam dolor immaniter cruciabat. 8. post trepanum mors.

Cadavere tres fungi magnitudine pisi ortum in corticali substantia cerebri ortum ducentes durae matri adhaerentes, quae hic loci valde crassa erat: Contra cranium, quod valde tenue erat & chartae crassitie aequale: eo in loco ubi fungi respondebant. Ventriculi superiores aqua pleni: tertius sanguine atro plenus: In plexu Choroideo glandularum forma seminis genista amulantes apparebant ulcus in superficie cerebelli, quod ad profunditatem trium linearum se extendebat in cerebello ipso.

Abscessus varii — ibid. pag. 320 & seq.
Historiae referuntur abscessuum multorum cerebri, gangraenae, cancrorum, quae mala per dolores assiduos acres, paralysis lateris oppositi, febres, convulsiones manifestantur: ibi per experimenta demonstratur posse cerebrum scindi aperiri, secari, postquam trepano cranium, & meninges sectae & apertae fuerint.
§ observatio cancri cerebri post mortem inventi pag. 324
§ observatio gangrenae —— —— pag. 325
§ —— maxima cerebri portio deperdita quam vis fuerit vixit agrotus, quamvis paralisis & aliquando epilepsia tentatus: sed mente constabat pag. 325 & seq.

Ex observations Anatomiques des cadavres. Par Pierre Barrere. Perpignan. 1751. 4°.

Neostalgia moeror. vide pag. 15. sub arteria Carpi — Obs. 1. Miles factus hebes melancholicus, ex lecto cadens insciis: observ. 11. alter neostalgia ut primus, tristis dysponderis animo, melancholicus, macies, taciturnus: — polypi bilis spiss. sa. multa:

Incadaveribus utrisque; vasa cerebri turgida nigra: in 1°. 3um ventriculus aqua plenus, glandula pituitaria turgida inflata: in 2°. in sinu longitudinali polypus: in utroque, polypi cordis dextri: felis vesica dystenta bile spissa mystelini coloris. In aliis observationes IV pag. 13 ibid, aqua intra pericardium, & in pulmonum cavitate:

Unde moeror, dyspondentia animi, melancholia: producit polypos: bilis congestiones, serum in cavitatibus cerebri, pectoris pericardii.


Ibid pag. 17. — polypi in utroque polypa
Observ. 1. Miles, qui ob imminentem ad triremes poenam, damnatus, melancholicus delirus, in cadavere inventum cerebrum siccum: in ventriculo utroque cordis polypi
Observ. 2. pag. 19: ex angore & moestitia ob denegatam dimissionem, Miles febricitans, emacitus, moritur: cadavere: invenitur cerebrum siccum in nigrum vergens, turgida vasa: polypus pinguedinum seu lardum amulans ventriculo dextro cordis.

Abscessus — Ibid observ. 2. pag. 23.
Talpa in vertice capitis apparet: aperto tumore pus exit: cranium cariosum invenitur: Trepano opus erat: subsequitur diarrhaea moritur: cadavere: pus intra cranium.

Dolores assidui — ibidem. observ. 1. pag. 27. Miles assiduis doloribus capitis ejulans per tres menses: incassum remedia adhibita. pulsus parvus frequens: pallida facies: moritur: inveniuntur ventriculi cerebri anteriores aqua pleni. — aqua

Unde in doloribus capitis facie pallida, pulsu parvo frequente aqua vel in ventriculis anterioribus cerebri, vel in tertio cum polypo sinuum lateralium, ut ostendit 11 observat ibid pag. 26 — & polypus sinus cerebri

vide pag. 19. et contra



Calculi humani experimenta

Haley Hoemastaticks

§ Neque alcalina, neque acida, neque neutra Salia, Salina, Sulphurea, Saponaceave menstrua Calculum dissolvunt: tantum Spiritus nitri, qui valde corrodens est illud dissolvit: Sed si in vesicam introduceretur illam corroderet, laceraretque — Menstrua

§ Sunt tamen menstrua quæ metalla & marmora dissolvere possunt, quam vis illa corpori applicata minime illud corrodant.

gr: 230 aër cubic 516 pollic. calcul. $\frac{3}{4}$ II poll. x = 645. plus. = 49 gr. remansit

§ Tartarus destillatus maximam aëris copiam reddit: quod in aliis corporibus non apparet, vel sint mineralia, vel animalia, tanta copia — Tartarus

§ Calculus humanus pondere 230 gr. magnit. poll $\frac{3}{4}$ stillatus dedit aëris 516 cubic. pollic.: residuum erat 49 gr. ita ut aeris corpus esset maior illo calculi 645 vices. Sed post aliquot dies illa aeris generati per destillat.m elasticitas perdebatur — copia aeris in calculo.

§ tartarum vini rhenani parum olei per destill.m dat: Semina & Solidæ vegetabilium partium maiorem copiam: Ita calculus renum & vesicæ paucum oleum per destill.m & Calculus felleus maiorem — oleum in calculo

§ Parvus calculus felleus dissolvebatur in lixivio Salis tartari per 7 dies: Etiam tartarus dissolvebatur; Sed calculus vesicæ minime — calculi fellei dissolvens.

molis erat $\frac{1}{3}$ poll. aër erat = 144 plus quam calculus

§ Calculus renum pondere 115 gr. cum pollice uno Cubic. Sp. nitri dissolvebatur intra tres h.s magna spuma: aër generat erat 48 cubic. poll. elasticitatem non Servabat. Servabat: Sed tartarus dissolvebatur ita; Sed aer elasticitatem — Sp. nitr. calc. R. dissolvens.

§ Est animalis tartarus, qui ita aliquoribus humanis Separatus, Sicut vulgaris tartarum per fermentationem fit a vegetabilibus: ambo hi tartari, videlicet Calculus & tartarus in his cohærent: ambo Separantur per expansionem liquorum, & lateribus vasorum continentium cohærent. fundum non petunt, neque præcipitantur. Primæ partes amborum tartarorum lateribus vasorum affixæ attrahunt particulas, quæ in liquoribus sunt, sibi similes: hi tartari pleniori corpora deponuntur ad latera vasorum continentium, quando latera illa sunt semel incrustata. — Calculus est tartarus animalis: Tartarus est vegetabilium.

§ Fluida quo magis sunt fermentata & tenuiora evadunt eo maiorem tarti copiam emittunt; ita Fluida animalia quo magis ad putrefactionem accedunt eo maiorem copiam tartari ad latera vasorum emittent: Quo liquores sunt in vasis Continentibus quietiores, eo maiorem copiam tartari emittunt: Sicut vinum quod nisi quietum sit tartarum non emittit; Ita Urina quo magis in renibus detinetur eo magis calculorum copia incrustantur, idem in vesica

§ Corpora, quæ maiorem aeris inclusi servant tartarus est: unde maxima horum attractio est; quia per hanc attractionem Solidæ partes vegetantium & animalium fiunt.

Corollaria

Hinc Corpora quæ magis in putredinem vergunt eo magis ad calculum sunt efformandum sunt aptiora; 2. Quo maior quies est in his maior copia tartari animalis deponitur: hinc illi qui multum dormiunt, & Sedent, ut infantes eo magis ad calculum sunt proni. 3 Deinde quo magis incubitus est horizontalis magis ren unus comprimitur a ventre, & depressior est; ideo Urina non fluit ex rene illo, ibi sistitur postea que in vesica iterum & calculum deponit: ergo decubitus Capite & dimidio Corpore elato melior est

Experiment. p. 213

Cepa, cochlearia, Raphanus Rusticanus Singula contusa & olla Separata inclusa: in medio cujuslibet massa inclusus fuit calculus durus: Singula premebantur, & loco tepido per tredecim dies reposita fuerant: Explorata

tandem

tandem calculi, qui sepulti fuerant in raphano rusticano & cochlearia nullum detrimentum passi fuerant; tantum ille qui in cepis inclusus fuit, ita mollis evadit ut ungue ab radi potuerit: idem accidebat si calculus in succo cepæ aquā diluto macerebatur in calore prope caminum per 15 dies

Corollaria

Hinc illi qui utuntur cepis in cibo si prorsus calculus non dissolvatur saltim non increscet. 2. Diuretica calculum non minuere, sed urinam expellendo & contenta utique adcretioni calculi impedire: Hinc omnia quæ alcalyticā humorum impediunt, & acrimoniam obtundunt non solum calculum generari impediunt, sed etiam factum minuunt: Hinc cerealia, herbæ, mucilagines prosunt: hinc fœminæ, & illi qui fibræ laxa sunt calculo formando apti non sunt: Hinc panis tostus carnes tosta morbum augent.

Experim.

Calculi in aqua egida macerati per longum tempus mucōsa crusta erant inducti. Si vero calculi in aqua pura cum urina mista macerabantur tunc non dissolvebantur, neque muco tegebantur

Corollaria

Hinc quo aqua puriores eo meliores & minus calculo generando aptæ sunt. Hinc urina quo magis retinetur eo magis ad calculi genationi & indurationi conducit.

Haec ut habe Man Marcel Sanches collecta fuere, dum Petropoli fuit anno 1237.

Vegetantia.

Boerh. Chem. p. 57. prim. pty.

De Planta in genere

Est vegetans corpus Hydraulicum, ex variis vasis, variisque humoribus constans, quod parte quadam sua externa alteri corpori adhaeret, cujus ope haurit planta materiem nutrimenti, & incrementi sui.

Si recte attendis ad varietatem firmarum partium vegetantium, ad humorum contentorum diversam indolem, ad solida & fluida, jam habes differentiam inter haec & fossilia. quinetiam inter Animalia, si consideras radicem, quae pabulum in se trahit ex, cui committitur, terra. fossilia N.B. immerito vocantur corpora Hydraulica.

Principia vegetantium sunt Terra & oleum tenax, quod vix dissociandum nisi aperto igne, hoc oleo conjungitur, & adunatur terra & fit planta.

Radix.

Sola Radix trahit in se nutrimentum ex terra. excipe tubera & callos terrae, quorum superficies huic officio inserviunt. osculis bibulis in omni superficie scatet radix, per quae humor pabuli hauritur & sic per omnem plantae molem deducitur. haec ce oscula sunt tanquam vasa lactea, quae chylum in se absorbent. cum vegetantia stent inter aquam, aerem, & terram, quae Elementa in se recondunt Aquam, spiritum, oleum, Sal, necessario erit, ut igne Artificiali & coelesti agitentur, permisceantur, & denique radicibus plantarum applicentur. Humores plantarum in duos distinguuntur scil. in humores crudos, & humores coctos. humores enim crudi sunt illi qui nondum per vim plantae subacti fuere, sed postquam terrae coeli que ignis vicissitudo calidi, frigidi, humidi, & sicci eos agitaverunt, promoverunt que, tunc cocti evadunt. Scindatur caulis ficus, vitis ve emanabit liquor tenuis, acidulus & erit humor crudus. in racemis uvarum prostat certo humor coctus.

Folia.

Qui in foliis humores sunt, aeri, nudi exponuntur; hinc per superficiem valde auctam, maximopere permutantur, atque in naturam plantae propriam excoquendo, perficiuntur, verbo sunt folia tanquam pulmones qui pro reliquo corpore laborant. Supra haec folia noctibus aestivis exsudat liquor, qui varia nomina accipit pro varietate plantae; tunc superveniente frigore, possunt densati colligi, ut fit cum Manna, Cera &c.

Flores.

Humores qui in foliis fuerint parati, adhuc in florum calice, petalo, stamine, apice ulterius perficiuntur, flores enim verum plantae characterem imprimunt, atque novo Embrioni gignendo conservando, aptant, parant que. hisce inest ille fragrantissimus odor spiritus reficiens, qui forte est genitali odoramento Embrioni lucem visuro, gratus odor. ad cotylas & apices, stamina mel undequaque exsudat, ad favos formandos, utuntur apes.

Semen.

In semine continetur plantae Embryo & placenta uterina, vel cotyledone, quod idem est, simplici, duplici, vel multiplici, cui fune umbilicale Embryo connectitur. hae placentae balsamo scatent, quod nihil aliud est quam oleum plantae elaboratissimum. est tenax humida arcet, embryonem defendit, & verbo est hoc oleum illud Alchemistarum Sp. Rector, sulphuris incola, Archaeus &c.

N.B. Non est hoc oleum fragiles stirpium fibras defendens, nam datur aliud genus in plantis, quod in Balsamum Resinam que, per caloris vim, moram que temporis facile permutatur.

Cortice plantarum haeret oleum lacunis, similes membranae cellulosae animalium. defendit totum plantae corpus ne aquâ debilitatur geluve. hocce oleo adest fere semper spiritus acidus, qui putredini resistit. cinamomum, sassafras recondunt cortice suo oleum pingue. ex cortice ars chemica varia educit, nam hyberna tempestate multum olei continet: econtra diebus aestivis aqua sal, sapo in plantam ipsam transeunt. quando oleum hoc colligitur liquidum est, si calorem solis subivit tunc Balsamum evadet. si calore intentiore tractatur hoc balsamum tunc semiresinosum exit. si magis, ac magis augetur causa tunc illud oleum naturam Resinae induet, quae spiritu acido magis orbata est, in igne deflagrans, oleo miscetur, dissolviturque, in aqua dilui renuit. frigida nullam tenacitatem oleosam habet, friabilis fit. haec resina si excoquitur adhuc Colophonia fit, & evadit, in hac deprehenduntur alius succus, quod Gummi vocant, & est tenax, lentum, liquescens & deflagrans ad ignem, aquâ dissolvendum. + Gummi Resina confunditur aliquoties, ut videtur in Aloe Myrrha, & Galbano, & in plurimis aliis, quae resinam & gummi una in se recondunt.

+ Gummi Resina unâ confunditur praecipue in plantis Umbelliferis dictis.

Cortex. Balsamum. Semiresinosum. Resina. Colophonia. Gummi. Gummi resina.

Humores, qui in plantis circuitum faciunt sunt tanquam sanguis in corpore humano; inveniuntur enim omni puncto plantae ut in Chelidonio, Tithymalo. liquores quoque habent plantae singulares. fit in illis idem quod fit in animali corpore. in cotiglis petalorum floris Aloës mellitus invenitur liquor, dum amarescit succus in aliis partibus, in radice, flore, fructu, semine, foliis, cortice, ligno, aliud invenitur humorum genus. praeterea different adhuc liquores plantarum, tenacitate sua, blanditie, ~~Hemptria~~, medicatis viribus, venenosis, nutrientibus. N.B. haec differentia humorum potest invenire in una tota planta.

Succus proprius.

Illa, quae producit Chemia de plantis sunt 1°. spiritus Rector, nihil saponacei, salini, gummatosi in se habet. intricatus est oleo. antiqui dicebant, quod omnis odor ex spiritu Rectore provenire. Canis cognoscit Herum quia distinguit spiritum Rectorem ab aliis, & invenit illum suo Hero proprium. 2°. Sal acidus. 3°. Sal neuter. 4°. Sal alcalinus fixus, vel volatilis. 5°. Oleum & sapode mixtum, ac sapo esset. 6°. Oleum tenacissime terrae adhaerens difficile separandum 7°. terra denique sincera, quae est firma basis omnium.

Productum Plantarum.

Constant vegetabilia ex solidis, aut fluidis partibus. Solidae vegetantium partes sunt vel vasa, vel consistentes partes crassiores ex vaporum concretorum adunatione coalescentes.

Plantar. partes

Plantae vasis suis bibulis liquidiora absorbent. vasa haec in tota superficie apparent, sed praecipue in radicibus. constringuntur in frigore & siccitate, dilatantur, in aere humido & calido, inque terra irrigua & tepente. ipsum äerem hauriunt specie laryngis, eumque in penetiora fabricatae plantae deducunt.

Plant. vasa 1°. Absorbentia

Sunt alia vasa plantis propria, quæ moventia dicuntur. accipiunt enim liquores ex vasis absorbentibus & per omnes plantæ partes movent; vicissitudo caloris, & frigoris facit ut detur elasticitas in fibris ad liquores promovendos. Plantæ nullis valvulis in se habent quum planta inversa semper fere nutrimentum hauriat, quod impedirent. — 2°. Sunt vasa Moventia.

Alia adhuc apparent quæ Mutantia vocantur, & hæc sunt vasa quæ liquores acceptos sic mutant ut singularem plantæ naturam induant. — 3°. Sunt vasa Mutantia.

Demonstrantur alia, quæ sunt continuatio præcedentium, liquores singulares secernentium vel mutantium magis magisque in proprium ingenium plantæ, ut in Aloë ductus singulares aloetici reperiantur, qui liquorem vehunt quam distinctissimum ab omni alio humore in aliis vasis contento, genitoque, in eadem Aloë. talia sunt in tithymalo & Chelidonio. — 4°. Sunt Secernentia vel Mutantia

Recensetur vasorum genus, quæ receptacula nominantur, in quibus recipiuntur humores illi qui transierunt per quartum vasorum genus, dictus in receptaculis hisce, quiescunt perficiunturque. — 5°. Sunt Receptacula

Tandem sunt canales excernentes, qui faciunt ut liquores elaboratissimi extra fabricatum plantæ corpus effundantur; quod fit aliquoties, fractis cancellis; hinc gummi, resinas exire quis ignorat? — 6°. Sunt Excernentia.

Processus 1us — Hic apponam omnia illa quæ possunt addisci ex processibus Chemicis Cl. Boerh. & ut incipiam dico quod ex primo processu, qui fit Rosmarino elicitur liquor, qui est pars plantæ, & pars quoque roris qui constat suis propriis partibus. Est hic ros, nihil aliud nisi partes liquidæ plantarum, cæterorumque corporum adjacentium, calore diei præcedentis excoctæ, & in plantarum foliis concretæ, una cum latice exhalans ex vasculis plantæ cujuscunque. in hoc liquore extracto videtur esse 3^m^ quid; semina vel alia corpuscula, quæ tractu temporis format algam quamdam, aliis mucilaginem, quæ liquorem deinde obfuscat turbatque. — Ros.

Ex dictis constat liquorem extractum, distillatum ex plantarum odore celebrium, gratarumque, ope ignis ad gr. 85. constare ex duabus partibus nempe ex aqua, & spiritu Rectore. In hoc pendet sola vis medicata plantarum, nam ubi avolavit, vapida aqua manet. Reficit enim & nervos mire afficit præcipue Hypocondriac. Hystericas cum Hyacinthum Indi[illegible] inhalant.
Hinc quoque discimus quid sit illud, quod perit in aere æstivo in plantis: scil. aqua hæc, & sp. descriptus.
Inde etiam discitur qualis sit natura liquidi, qui primus ascendit, inter destillandum. Imo &
qualis sit peculiaris materies quæ odoris speciem donat, nempe spiritus Rector solus, docemur. etiam scitur
Quidnam sint illa effluvia quæ æstivo maxime tempore è vegetantibus in auras exhalant.

N. B. fere omnes plantae eliciunt spiritus dictos; sed hae infrascriptae gerunt hos nostris sensibus magis manifestos.

Abrotanum, Ageratum, Allium, Angelica, Anethum, Anisum, Aurantium — non opus est transcribere ea, quae in parte 2a p. 18. prostant. v. p. 18. V. II.

44.

Non debemus itaque mirari si effecta stupenda audimus; ut fit umbra Juglandis quae alicui sitit. halitus papaveris somnum dat. & Cortex Peruvianus solo halitu, fertur, curavit intermittentem febrem. Cum quae haec ita sese habeant, videtur plantas mira effluvia debeant exhalare & sic atmospheram implere; unde accidit quod in fylvis multoties halitus venenosus procedat; ut accidit tribus exemplis, in America.

Processus II.

Ab hoc secundo processu discimus quid Infusum, Decoctum, Apozema ve sint. Infusum enim fit grad. Calor. 211. in vase clauso per spatium dimidiae horae, retinet hoc modo magis facultatem plantae, id est, spiritus illius Rectoris. Decoctum fit ope ejusdem Calor. grad. ac Infusum; sed debet ebullire; si vas apertum manet tunc avolat aqua tenuissima, nisi fiat in Olla Papiniana, vel Vase Chemico Altissimo, ubi conservantur quam optime hic vapor, vel Sp. Rector. — Infusum. — Decoctum.

Multae sunt plantae quae decoctionem nequeunt subire, nam statim ineptae redduntur, & vis avolatilis quaesita perditur ope ignis. praeter Astringentia, Acida, Aromatica viscosa, demulcentia, emollientia frigefacientia nutrientia, saponacea, viscosa, non debent decoctionem subire reliqua. hae dicta Astringentia &c. habent suam virtutem in re, quae fixa magis, quam calore 211 vel 212 gr. separetur.

N. B. Vis peculiaris plantae non semper se manifestat suo nidore vel fragrantia, vel calefaciente sapore, nam potest plantae inesse, quamvis sensus vix officiat, ut in radice Hellebori Nigri, Cicuta Aquatica Gesneri, Solano maniaco, aliisque.

Si Decoctio fit in vesica sub apposito Alembico, atque exhalans aqua remanenti decocto redditur, tunc decoctum vim plantae praegnantissimam retinet. — Decoct. Vires.

Vis Decoctorum Infusorum ve, postquam corpori hominis introducta fuit, pendet ab aqua calida, simul ac a virtute admistae plantae. hac regula potest multa alia deducere, ut in Thea, aqua calida tepida plus facit quam illa Chinensium simplex, detrimenti.

Discitur quoque ex eodem processu quod vascula nostra minima non dissolvantur calidis humidis, ut ... pote quod Rosmarinus postquam ebullitionem repetitam subivit, folia sua integra possidet. apparent sub finem, pili, apices verruculae, fibrae tamen plantae ope microscopii sunt eadem; non destruuntur quia ultimae sunt terrestres, non saponaceae, oleosae, salinae. eadem de corpore humano intellige. N. adhuc decoctionem plantarum vires aliquoties immutare. Arum bulliendo mitescit. Asarum diuretic. & Aperiens ebullitione sola fit. — Arum. Asarum.

Processus III. Triplex est modus depurandi decocta, quiete nempe, Colo, coctu cum albumine. Sed prior solum chemico examini convenit. Colata enim infusa vel decocta & vase repando recepta, si exhalent ad spissitudinem mellis, tunc Mustum potest appellari; si ad dimidias decoctum saporem naturalem referens sine corruptione illibatum potens Sapa vocatur. Defrutum quod idem est, a defervendo. Gelatina quae guttulas demissa in laminam frigidam instar glaciei remanet. Si mel dilutius tunc Syrupus, si spissius Rob, vel Rohob. extracta autem vocantur omnia haec parata; quae liquida, spissa, dura nominantur. Omnia haec possunt elici ex succis pressis herbarum, fructuum horaeorum imprimis, immo, & radicum succulentarum e.g. glycyrrhizae.

Mustum / Sapa / Defrutum / Gelatina / Syrupus / Rob / Extracta

Si ex his dictis volumus habere decocta vel infusa secundi processus tunc diluenda aqua, haec sunt. Hac supra dicta Mustum &c. diu servari queunt illibata, vel in annos. servant multum plantae, quamvis in coctione volatile amiserint ex effoetis, & exsuccis plantis nihil potest extrahi, utpote quod succos non continent. Contra morbos putridos habent Maricolae in hisce remedium quod si cum aqua diluitur miros effectus praestat.

Vires, usus.

Processus IV. Ex hoc processu elicitur; plantas, postquam igni aperto exposita fuerunt, oleum imprimis dare, & sub finem terram virginem, merom. Scitur hinc aquam ebullientem ex plantis posse auferre omne salinum vel sit volatile vel fixum. oleum tamen ultimum, quod terram conjungit, connectit, numquam.

Usus.

Iterum dicitur, quod decocta, Apozemata ve, solum de plantis sal, & oleum primum, & secundum auferant. nullomodo ultimum hoc.

Vires medicatas, nutrientes, venenatas, habitare in illa plantae parte quae decoctione aqua elici potest; discimus. nullam singularem vim, oleum, per se, vel terram in se continere. Patet quoque, quod si planta sit calore coelesti exsiccata multum de suis viribus perdat.

Notandum est quod planta in genere dedit sub analysim 3. oleorum species 1°. spuma oleosa. 2° pingue in decocto. 3°. ultimum terram conglutinans solo igne aperto separandum. Adde adhuc, quod verisimile est, primum, & secundum oleum unicuique plantae singulare esse, verum ultimum omni plantae idem; & per se patet; nam cum virtus medicata in 1°. & secundo consistat, oleo, debet esse quoque singulare liquidum vel oleum; aliter omnes plantae easdem vires habuissent.

Plantar. oleor. spec.

Tandem discimus sal in ultimo stamine plantae solido frustra quaeri. & eadem possunt intelligi de animalibus. Terra enim est sola Basis.

Processus V. Colligitur ex hoc processu Rob, defrutum, extractum &c. processus tertii salsos cineres donare, si igni aperto Cochleari ferreo Committuntur.

Immo aquam ebullientem, sal, & oleum plantarum solvere. Sal & oleum sunt planta mista in formam saponis; unde Nativus plantarum succus saponaceus existere intelligitur.

Quinetiam diximus Colorem extracti pendere solum ab oleo, quod in auras, vi ignis, postea avolavit.

Animadvertendum est plantas volatili virtute praeditas oculos in lachrymas cientes, si igni cochleari ferreo Committantur, vix restat de Cineribus sal; nam valde volatilis est. plantae hae sunt Cepa, Cochlearia, Sinapi Raph. Rust. &c.

Processus VI. Discitur hoc processu, ubi planta recens comburitur, donare cineres salsos. Salinum quod plantis inest, igne aperto non reddi volatile, sed oleum tantum, quod ei adhaeret.

Oleum & salem naturaliter mista in plantis, aquâ posse solvi, unita manere, sed igne separari.

Sapo animalium tum, tum plantarum debes esse unitus, nam si oleum separatur seorsum, morbus utrisque fit. Hypp: hoc observavit dicens: Mista salubria; separata noxia.

Processus VII. Hinc scitur qualis sit differentia inter salem illum Proc V. VI & hunc nativum plantarum, qualem ex Acetosae succo elicitur; ille fuit productus vi sola ignis; & differt in colore, sapore, figura, omnique effectu tam Physico quam Medicato ab hoc secundo. ille iterum in planta non praeextitit; sed Nova Creatura, ope ignis, ut Helmontius exprimit, facta fuit. varium salem, & diversum pro varietate plantae acquiritur. Becabunga, Cichorium, ebulus Endivia, fumaria, gramen, Nasturtium aquaticum, dant salem nitro magis similem. + Ex plantis viscosis non acquiritur sal nisi, ope fermentationis, dissolvatur ille lentor. ex Oleosis, & Aromaticis vix potest impetrari hic sal.

\+ Curant hi succi medicati, subnitrosi, veteres obstructiones solvendo, piceum lentorem atrabilis fundendo, Chronicos morbos efficacissime sanando.

Succus Acetosae si humoribus Nostris inhibeatur, penetrabilis est, & in vasa sat parva penetrat facillime, unde vires suas exercere potest.

Process. VIII. Sal Nativus qui post fermentationem oritur, est ille sal fructuum hordeorum, in hoc Processu uvae adhibentur huic operi. postquam pressae fuere fermentant, & vinum in posterum dant. Si vinum hoc longa quiete manet, oriuntur corpuscula, quae ad omne dolii punctum transferuntur. praecedenti vero processu sal ovalatur in fundo vasis, lapis vini; vel ut maluere Chemici, quam rei parpe-ram Tartarum. Acida, Austera vina dant plus hujus lapidis quam dulcia, oleosa vina. Si non bene fermentant minus Tartari hujus dant. Sed perfecte fermentationem subeunt

tunc multo magis Tartari exhibent. vina rubra rubrum, candida album tartarum, creant. Non solvitur aqua, aceto, vino, requirit calorem ebullientis aquæ antequam solvatur. Sed ubi hæc aqua frigescit statim in massam coit, quæ proprie dicitur Cremor, vel Christallus Tartari. Dum crematur hæc christallus generat plus aëris elastici, quam ullum corpus notum. + plura de hoc-ce sale invenies Processu 54 & 55.

Usus

Process. IX.

+ Ut summum corrigens laborantibus putrido acri biliosopiine acutis multum prodest. evadit optimum aperiens, amissa acedine, postquam se immiscuit cum acri putrido, nam tunc in materiem magis solubilem abit.

Arteriae

Arteriarum finis triplex: 1. desinunt in canales abscissos, qui humores extra cutim exter-
nam, internamve exhalant. 2. desinunt in canales abscissos, qui humores intra quo-
dam Cava Corporis exhalant, ut in ventriculis Cerebri, thecam medullae Spinalis
pleuram, pericardii, peritonaeum, tunicas vaginales, Uterum &c.

3. in venas Sanguineas Continuatas.

Ruyschius de his vidend.

Ex litteris ad me dat. Schreiber $17\frac{22}{10}42$
Arteria Epatica. Tota quanta oriebatur ex arteria mesenterica Superiore ad minimum erat aequalis arteriae
Splenicae, quam Praeceptor (innuit Magnum Boerhaave) Scribit illam esse incredibile ratio-
ne maiorem.

Opuscula Patholog. Halleri. obs. IV pag. 13.
—Carotidis. Languebat Suffocationibus obnoxius, pulsu veloci: tumor erat albus cuti concolor, aure maxil-
la inferiore inde clavicula terminatus, in eo durities quaedam &c. vide locum. Carotis apparuit
aneurysmatica tunicis Crassis factis.

Aorta descendens

Morbi aortae

Ex Ruysch. obs. 38.

Aneurisma

Arteria in aorta ad distantiam a corde trium pollicum ingens Aneurisma, in quo pulsus aberat, inventum fuit: ita pectoris cavitatem arctaverat, ut costarum, & sterni ossa ad maximam tenuitatem reduceret.

Morbi oculorum

Ex Act. Medic. Hass. 8. j. obs. IV.

Arteriotomia.

Virgo, cui dolor intensus in oculo sinistro obortus fuit, arteriotomiam passa: cutis prius incisa arteria per longitudinem aperta: sanguis exit: & sistebatur crepitu lupi cum albumine ovi: & ligaturis: hanc consulunt in ophthalmia operationem Severinus de efficaci medicina: Arabes ut ~~Albucasis~~ Rhases. Holler. & Duret. de morb. intern. cap. 10. & in cataracta incipiente

Ac. Roy. Scienc. tom. 2. p. 6

Lapideae concretio.

Inventa aorta circa valvulas sigmoides crustâ lapideâ obducta.

Philos. Transact. n° 483. § XIX Haller A.

Ulcera arteriae aortae

Arteria aorta tum ad cor tum in thorace, in abdomine denique, membrana interna undique lacera, quasi scabendo in eminentes cristas liberas, fluctuantes, mutata, tamquam ulcere aliquo consumpta esset; Hae squamae passim osseae erant, aliculi petrosae; & acervi tophaceorum granorum plerorumque vasorum ex aorta oriundorum ostia obsidebant; Membrana musculosa sana fuit, tum externa, ut vitium omne in intima sederet &c.

Ibidem pag. 529. Demonstrant arteriarum tunicam partim ob repetitos cordis ictus indurari, partim inter ossificata spatia rumpi; sic debilitari tunc aorta (in hoc cadavere sinus aortae erat maximus sed sine aneurismate) tumeum & ad aneurismata reddi pronum: Demonstrat in ipso sanguine ubique terram veram calculosam circumvehi, nec in renalibus solum vis deponi, sed ibi haerere & deponi, congerique ubi rupta sunt laesae membranae vasorum, & adtractio terrearum moleculorum ad asperas superficies & inaequales maior est.

Syncope & mors

Ibid. n° 492 p. 173. similis fere historia ab Haller communicata

Sanguis Coagulatus

Puella 14 an. agens capitis gravedine, vertigine, anxietate, moritur: invenitur arteria magna & vena cava repletae sanguine coagulato, tanquam si gladius e vagina distringeretur Petrus Salius Diversus de Syncope De Affectib. particularibus c. IV p. 216

15/ Arteriæ Pulmonalis Morbi

Tuberculi calculosi

Hist. Acad. Scient. ann. 1707. p. 26.

Subito vir quidam moritur: dum in vivis difficilis respirão, frequentes cordis palpitationes, febris lenta, macies, pallor. Inventa arteria pulmonalis interiori sui facie tuberculis calculosis, qui parietes ejusdem penetrabant ad externam usque faciem: aquæ præterea in pectore extra vasa: Cor solito grandius.

Arteria Subclavia. Aneurysmate

Barrere observations des Cadavres. Perpignan. 1751. 4°.

Homini bibaci, tabaci aviduus Suctor difficillima respiratione frequenter tortus: aneurysma in subclavia, & in aorte quatuor digitos infra curvaturam alterum inventum fuit aneurysma:

Dum vivebat asthmaticus, facies pallida, tumida, labra plumbea: palpitatio ad Cartilaginem xyphoideam: prope mortem inflati pedes.

Arteria Carpi Dura Nodosa facta

Barrere: Observations ibidem. 59. observ. 1. & 2a.

In Militibus duobus aliis que multis, quibus impendebat Supplicium, vel quibus denegabatur demissio ab Stipendiis [mentis afflicti] observavit sagax industrius que practicus se cum pulsum horum tangeret ,, Comme si c'etoit une petite corde remplie des noeuds que
= l'on touchat, ce qui me frappá: & pagina 61, ait ,, je trouvay un pouls rabo-
= teux avec des inegalités qui resistoient au tact comme si c'etoit une corde
= ou un petit baton scabreux, que l'on touchat: ,, hi sine febre erant taciturni, nunquam queruli, jacentes; Cor suum edentes.

Vide Sub Cerebro. pag: 8.

Venae

Venarum initium triplex. 1 ex omni cutis externae, internae, ore aperto accipiens. 2 Ex omni puncto cavi in quod arteria exhalans exit. 3 ex arteria continuata.

Exterius applicata medicamenta, ut intus assumpta operantur: Aloë Colocynthis purgant, Cantharides urinam movent; allium plantis pedum alligatum expectorat: Cardiaca apposita roborant: Ergo venae per orificia absorbent exterius admota, et ferunt intro in Sanguinem, ut meseraicae ex intestinis ad jecur. Harvaeus Exercit. 1. Cap. 16.

Morbi

vid. Epipl. morb. p. 28 § Hydrops — Ita possunt per morbum dilatari ut diametrum trium calamorum scriptoriorum aequent: — dilatio.

Ex Acad. Scient. hist. tom. 2. p. 213.
Retulit chirurgus D. Dodart se in cadavere quodam vasa omnia invenisse crusta obductos interne parvum exitum tantum liquidis circulaturis relinquente. — Crusta obducta vasa.

Memoires de l'Acad. Sciences. tom. V. pag. 159. Mr. Homberg. M.
Il y en decrite une histoire d'une Dame morte d'un aneurisme du Coeur avec des polypes dans leur cavites; elle avoit des acces asthmatiques; pendant ces acces il avoit observe un batement de veines semblable a celui des arteres, parce que le sang venal ne pouvoit passer le Coeur librement. — venae pulsantes ac arteriae — Asthma: Cordis impedimenta.

Cava Morbi.

Philosoph. Transact. no. 483. § XIX. Haller A.

Reperi venam cavam in quadragenaria inter renales sinistræ originem & inter iliacas venas enormiter angustatam, ut vix quidquam transmitteret; aliquid polyposi repertum intus est; Vena spermatica dextra enormiter dilatata. exinde constat dari morbos venarum, angustarum plus solito & distentarum.

Dilatata & Angustata

Transact. Philosoph. no. 492 p 172.

In fœmina 40naria vena cava inter renalem sinistram & iliacas venas mire angustata, polyposa substantia fere obturata. Vena spermatica dextra mire dilatata in eodem cadavere: hinc tantum morbi.

Tota Concreta

Academicar. Annotationum. lib. VII Cap. IX. Bern. Albini 4o pag. 80

Vena Cava circa iliacarum ortum tota concreta reperta est; morbo enectus extenuato corpore; sic concreta erat, ut veluti deleta, cum vertebris conjuncta esset in unum.

extenuato Corpore

Morbi v. Cavæ

17/ Vena Portarum

in vesicam felleam

Ex Instit. Bonon. tom. ii. part. ii. pag. 334

§ In hydropicae feminae cadavere, inflando venam portarum visa fuit harum fines cum
poro biliario Communicatio; quae in hoc cadavere amplior & grandior quam in aliis apparuit;
„ Hac porro mulier illa erat in cujus fellea ~~vesica~~ cysti venae portae propagines pri-
= mum observaveram, & conspicuos magis, quam in aliis subjectis, biliarii pori ramusculos:
= Cum hi, non secus ac maiores dictorum vasorum trunci, proeter naturam ampliati essent.
Sed liquor injectus vel aer per venam portarum numquam in cavum vesicae felleae in
traverat, sed in substantia ipsius serpentino more divaricabatur & manebat.
p. 335: & 336. ibid: Illam, ait, comunicationem non in vesicam felleam sed in porum cysticum;
& quod bilem secernendam per illum evacuandam inserviant ductus illi qui cystidem bilis prorep-
tant. Coronidem dissertationi imponit se originem bilis cysticae nescire.

Morbi ven. Port. ossea — Ruysch. obs. 70.

Gravida, eodem tempore hydropica, peperit: hydrops mansit; doloribus circa praecordia cruciata: moritur: cadavere: Peritoneum multis granis maioribus sabulo similibus variegatum: Vena Portarum ossea. Epiploon. Consumptum.

Lapides: Tres inventi in vena portarum, hepate S. Ignatii de Loyola. Rhonus. lib. 37.

19 Cerebrum
= quamvis proposui implere. Sic bina Corpora, ut ex uno eruam totum Arteriarum, ex altero
= venarum Systema si tertium, nervos potuit Eustachius: Interim aliquid.

Tibi, vir clarissime, dicam, forte paradoxon.
Concedo totum Corpus Consentire
Concedo totum Corpus Consentire per nervos
Concedo totum Corpus Consentire per nervos unice
Nego interim nervos Consentire

Consentit etenim
= Per Consensum Corporis intelligo verum doloris, vel voluptatis sensum. quod non in nervis; quia
= Corpus (ut ita dicam) per Circulum Sanguinis: in eo Consentit per vasa: Horrendum opticus nervus
= demonstratum est omnem fibrillam nerveam esse solitariam: ipsum cor
= (vel potius ejus expansio) videt monstrum; moventur mox omnes fere musculi; Sed aliud: titillan-
= Celeriori motu Contrahitur: Peraguntur haec omnia ope nervorum: mox sexti pa-
= tur nares, per quas distribuitur ramus quinti paris, (ut omnes asserunt) Convelluntur,
= ris, totum intercostalium Systema, vagus, forte & quidem octavi paris rami, An ergo
= Convulsi movent musculos, qui respirationi inserviunt: Unde Sternutatio.
= inter illos nervos auderet quis negare Consensum? Salvo meliori, ipse nego: Nullus cum
= nervo nervus confluit: omnis fibrilla, distincta penitus ab alia fertur distinctissima ad
= partem destinatam: Ponam; unicum musculum dividi in centum millia fibrillarum motricus
= ponam, omnem fibrillam musculosam donari fibrilla simplicissima nervea; nonne sunt tot
= distinctae origines in medulla oblongata, aut spinali, quae junctae dein & membranis in
= volutae, faciunt, quod anatomici nervum vocant: Sic simul deferuntur ad partem destinatam.
= An non ibidem omnis fibrilla sibi agit? & actio in uno musculo a nervo, est ut
= actio omnium nervorum in omnibus musculis in toto Corpore? Et an non idem est verum
= in nervis, qui sensum faciunt: Hinc concludo minus forte sanus nervum cum nervo
non consentire, quia nervus cum nervo nullum habet commercium; & quidem per nervu
= intelligo ultimam Solitariam fibrillam. Omnem itaque Consensum puto haerere in
= uno Sensorio Communi, non relative, sed immediaté; nec despero posse explicari, quomodo ab
= ingrato Spectaculo, Sonitu, tactu, gustu, olfactu, imaginatione &c. affectum per ner-
= vos Sensorium Commune, per alias nervos emittit motum, qui facit Corpus Consentire, ex
= ipsis hydraulicis, & hydrostaticis; modo assumamus Spiritum esse in nervis, qui actionem exercet.
cujus subtilitas modo est respectu nostri.

= Hunauld demonstravit ramum nervi cujusdam sic satis magnum, qui, oriens ex ple-
xu gangliformi semilunari Vieussenii proxime ad plexum mesentericum adscendere
ex abdomine in thoracem, & in auriculam dextram cordis que basin, ubi in plu-
res dividitur. Hist. Acad. Scient. P. 1737.

43/ Ossa

Morbi Ruysch. observ. 81

Ossa tentantur teneritudine ita laxa, ut inde ortum ducant tumores laxi, magni, nullum pus, pinguedinemve, sed sanguinem liquidum a-quosum: Si aperiunt lanceola citius moriuntur iis affecti: Ideo me-lius est ut per se aperiantur & excorientur, & hoc modo vitam serius trahunt. Si dolore nascitur, augetur morbus hic. — tumores

Ex Museo Imperial. Petropol. Scrin. XVII. & 18. n°. 28. — Mollities

Costa foetus aliquore acidiore ita mollificata ut nodus in illa posset fieri.
by Dr Pringley.

Fragilitas, flexibilitas, solutio — Trde Philos Transact. vol. 48. p. 1. pag. 297. § 44

44

Oesophagus.

Morbi

Tumores

Tulpius lib. cap. 44 p. 82
Inter asperam & oesophagum tumor quidem nascitur praeter naturam, aliquando latens,
aliquando conspicuus; primum coarctat, mox occludit penitusque gulam: Signa sunt
Angustia gulae, spiritus difficilis, gutturis fervor; Sputa salsa, perennis salivae secretus.
pars digito explorata, tumorem, magis planum, quam acutum ostendit: Vidua
hunc passa tumorem guttas tantum aliquot lactis deglutiret poterat. ad mortem.
Cadavere tumor apparuit carcinomatodes: illius radices per totum collum dis-
tributae erant, praesertim circa gulam: ob has ita pressus erat oesophagus ut stilus intromit-
tere recusaret. Arteria cervicalis nimium distenta: an quia tumor carotidem comprimebat?
Circa mortem deglutire possunt, quia corpus tunc omnem elasticitatem amittit.

Cartilagineus

Ex Mem. Chir. 8. tom. 1. p. 489 & Bonet de oesoph. deglutitio
Ibi ex Sampsonio in Miscellan. Curior. ann. 16— ita impedita
affect. ex deglutione impedita inventus oesophagus cartilaginosus,
contractus, & ad longitudinem tantam, ut a claviculis ad ventriculum
ne suis setam quidem admittere nequiret.

Ruptura ex abscessu

Heister observ. 462. pag. 531.
Refert quemdam abscessu pulmonis laborantem dolorem acutissimum
tolerasse per aliquot dies ad tertiam quartam ve vertebram dorsi; tan-
dem his malis succubuit: Cadaver aperitur: in pulmone invenitur
marsupium tamquam gelatina, jurium, mixturarum analepticarum,
quae contra morbus sorbebat, & hauriebat, plenum: mirabantur
unde hoc; rimatur oesophagus, invenitur perforatus illo in loco ubi
inflamatio, denique abscessus sui speciem dederE.
Boerhaave rupturam oesophagi vidit post vomitorum acer-
bum in Comite Wassenar.
Ego ipse Petropoli vidi rupturam oesophagi ortam a
gangrena ventriculi, nullo praecedente vomitu: simulac ruptura fuit
clamat aeger, se mori, & mortuus invenitur: Sanies multa, quae
per foramen oesophagi in cavitatem intraverat pectoris invenitur.
dissecui ego, non sine discrimine, cadaver.

45

Oculi

Extrait d'une lettre datee a 5 Juin 1742 de Mr. Ens Disciple de Mr. Albinus Professeur d'Anatomie a Leyde

= Mons. Albinus avant deux ou trois mois par un billet affiche ala porte de l'Academie
= a fait inviter tous les Etudiants, & dans leur presence il a institue l'Anatomie de l'
= oeil apres qu'il a doucement oté les humeurs, il dit, Messieurs; Je vous veux mon-
= trer une chose nouvelle, bien que je l'aye deja trouvé avant huit annees: il mit le
= bulbe dans l'eau, & au centre de la Retine il nous a montre un processum cum
= Capitulo: Je donne ici l'idee comme je puis par cette presente figure 1 (licet ruditer) 1
= Il n'a pas ajoute l'utilite dans l'optique. &a traite de la Generation contra vermes

Inventum in oculis novum ann. 1742 ab Albino

17 17/5 50 § J'ai entendu a Mr. de Buffon qu'il avoit trouve la demonstration por quoi nous voyons un object
avec les deux yeux ~~seule~~ eclairé seulement plus d'une 13me. partie, & pas double: Il disoit ainsi
Nous voyons un object clairement vu comme 12 avec un oeil; donc avec l'autre ensem-
ble nous le devrions voir plus clairement comme 24; Mais par des experiences de Mr.
Jurin nous le voyons seulement comme 13. ~~D~~ la raison en est: ~~le thalam~~ l'Angle
qui font le thalami Nervorum est de 115, ou 117. : vus 12 X 12 (13, c) l'object qui partira
par le cote a sera vu comme 12. l'otre b comme 12 a 115 b comme elle se
rencontreront il feron la digonale, or la diagonale sera comme 13 do lote,
12 vus (a 12, b 12, c 13) de la sorte nous verons l'object selon la longueur de la
Diagonale; & pour cela nous le verons comme 13 & pas comme 24

46/ Pinguedo

47

Peritonaeum. β Peritonaeum per morbum in duas divisum lamellas: vide Hydropem Peritonaei Contrā 3 60

Morbi Peritonaeum scirrhosum in Hydrope: vid. 51. b.

Hydrops: ejusq signa: Ejus signa: incipit sensim & lente, neque prosperae valetudinis signa mutantur: tantum mole nocet & quando corrumpuntur aquae. Menstrua in foeminis apparent statu tempore: omnia non naturalia munia rite peragebantur. H. Ac. Reg. Sc. anno 1707. pag. 510 ibi per 4 signa Peritonaei hydrops cognosci docetur.
§ Venter jugiter eandem figuram servat, mutatusque quamvis sit situs; nulla fluctuatio: tibia & femora raro oedematosa, vel prope finem.

Inter duas Peritonaei laminas inventus hydrops. M. Ac. R. 1707. p. 502 — Ibi aqua inter lamellas duas Peritonaei inventa fuit post mortem. Cura ibi proponitur; si incisio aperta servetur turunda & injectionibus depuretur & ad cohaesionem producantur peritonaei lamellae.

Scirrhus — River. observ. 90 Cent. 1.
Refert aurifabrum dolore rodente crudelissimo ventriculi fuisse sine intermissione dolor ventri detentum per 6 menses in marasmum incidit; mors: solum opio dolores aliti... inducias dabant breves: purgantibus & vomitoriis usus fuerat:
Cadavere Pylorus, Duodenum, jejuni initium scirrho affecta capacitatem arctante, cum Pancreate scirrhoso.

Hydrops Peritonaei per 44 annos gestatus — Medical observations & Inquires vol. 1. observ. 2a.
Mulier post labores violentos incaluit, petit subterraneam camaram, humidam frigidam que; queritur tamquam si frigore correpta; ventre dolere & circa lumbos cepit, venter distendi incepit: nunquam punctionem aquarum ausa perferre est.
Cadavere lamellae peritonaei separatae inveniuntur; intra harum cavitatem inventae fuere ad 100 libras fluidi foetidi, viscosi: vide locum

48/
Pancreas

Morbi

Henr. Meibomii de Abscess. Intern. Natura pag. 66. Edit Lipsiae 1718 4°

= Vidi illud inflamatum, sape plane rubrum & diffluens sape etiam purulentum: Ioh. Rio-
= lanus in Summi Viri Historici Aug. Thuani cadavere deprehendit pancreas magnitu-
= dine & pondere hepatis, glandulae hujus, quae alias parvae sunt ovi Colombini speciem
= retulerunt, Substantia autem tota fuit scirrhosa: Fabr. Hildanus quoque inferio-
= rem partem pancreatis in Steatoma duorum pugnorum magnitudine excrevisse
= notavit.

Melancholia

Heister. observ. 339. 4° Anglice edita. London 1755. 4°

Durum Induratum cum Vesica fellea obstructa

Refert se duo cadavera aperuisse in quibus pancreas durum invenisse, vesi-
culam que felleae ductum cysticum fere clausum ob valvulas spirales
quibus obturatus erat: ~~Unde~~ dum vivebant melancholico morbo de-
tenti fuere (unus mas, alter foemina erat) & mortem sibi conscivere
mergendo se: Unde Heiste putat hunc morbum ortum plerumque tra-
here a vitio bilis imminuto, & Succi pancreatici: hinc chylus vapidus
pronus in putredinem &c.

49/
Pleura

150

Pericardium Ex Ac. Roy. scienc. tom. 2. p. 6
Dans Un Herisson le Coeur n'avoit point de pericarde: observ. Du Verney.

Morbi

Sanguinis Stilli- ntuy

Medical Essay. vol. V. P. II. art. 56.

Vide ibi hystoriam omnem: ex cordis peripheria & præsertim ex basi seri, & sangui-
nis guttæ exibant si cor premebatur.

Inflamatio et Abcessus

Laborabat Juvenis ardentissima febre cum dolore pectoris siti; curatus apparebat
loco optimo, ex insperato præcedentibus nonnullis syncopis moritur. Inventus
est in membranis intersepientibus tumor inflamatorius, qui communi cubatur
in parte cum pericardio. Petrus Salius Dwersy de Affect. particul. cap. VI.
pag. 226 edit. Francof. 8°.

Tabes

De tabe pericardii in Simia Galenus lib. 1. de locis affectis cap. 1. & Petrus
Salius Dwersy. cap VII de Affect. particul.

Signum hydropis peri- cardii.

Morgagni Sedes & Causa morbor. Epist. Anat. Medic. XX art. 36 ,, Pronus assi-
,, due cubat, sic tamen (pleuritide laborabat) ut in dextrum vergat latus: Caput
,, autem submissum tenet, ut plerique eorum solent quibus pericardium
,, ingenti aquæ copia turget ,,

51

Pulmo

Experi.

Ex Epistola D. Abrah. Kaau ad me data 9 Julii. 1742 Hag Comit.

= Halesii nobile est experimentum, quo dixit canem, cui in aspera arteria immissus tubus = ad quem adaptata vesica in aëre in aëre vaporoso ultra minutum non posse vivere = nisi accedat novus aër, vel externa pressio. " Vidi proprio experimento vixisse in eo = dem aëre vesica incluso, & ad tracheam adaptata anxietatibus & suspiriis maxima = ad finem, canem per septem minuta, sine ullo novo aere, vel adjumento externo: = vixit unus mediocris magnitudinis canis minuta quadraginta & sex, & quidem novus = eo tempore per tubum episthomio versatili instructum; inflavi novum aërem ad = priorem vaporosum.. Ad secundam inflationem sibi relictus respiravit, anxius = quidem per 5 minuta, & sic porro. Ex iis, qui aderant, amici tribus diversis horolo = giis notarunt, vixisse animal propria respiratione triginta & octo, reliquum tempus = quo pressa fuit vesica efficere octo minuta. Vixit alter duplo maior canis = minuta septuaginta septem & dimidium, in quo tentavi experimentum primo = eadem, mox duplici vesica, quae caperet duplum aëris. Plura ejus modi = cepi.

Aer in vesiculis post mortem in hydrope.

Foemina 40 ann. nata hydrope laborans ita difficili respiratione frequentissime conciabatur ut livida facies, labia evaderent, mortem omni momento expectans: mortua tandem: Cadavere:

Epiploon scirrhosum: Peritonaeum crassum: Intestina contracta, vel ob abstinentiam, vel aquarum pressionem: Vesica fellis vacua: Pulmo pleurae adhaerens: Pulmone vesiculae pellucidae erant, quae aëre turgebant. Si manu comprimebantur aër non exibat, tantum stilo perforatae subsidebant & aer erumpebat: nullam cum aspera arteria communicationem habebant vesiculae illae aëreae, unde ex sanguini illic adlato ortae fuerunt.

Puto humoribus serosis putridis factis & ad vesiculas pulmonis [illegible] adlatis ex his aeris elementa soluta aërem produxisse.

Adhaerens pleurae — difficultas respirationis — ex sanguine seroso putrido facto aër fit intra corpus.

Difficilis Respiratio

Ibid. observ. XX

Mercator diuturna respiratione difficili, quae per casum in aquas auctior indies evasit: Cadavere: Pars pulmonis obstructa & vesiculae nimium inflatae, & obturatae. // observat. XXI. ibid. idem morbus cum simili symptomate

Hepar.

Hypochondriacus, morbus

Vide fol. 30. sub Morbus Hypochondriacus.

Ulcus

Medical. Essays tom. V. P. ii. art. 58.

Ulcere facto in pulmone repleri potest universus pulmo pure ab hoc ulcere, scatentes quia pulmones mortis non sint causa: vid. ibi historiam, & rationum optimum quomodo in cadaveribus sit mortis causa investiganda.

Phtisis: abscessus hepatis

Sine pulmonibus

Ex Nicol. Fontan. Resp. & Curat. Medic. p. 55.

Puer quadrimus marasmo extinctus secatur: hepate prope venam cavam parte gibbosa abscessu foedo: nulli pulmones, vices supplebat vesicula membranosa flatu repleta venulis exiguis munita ab aspera ortum ducens arteria. vid. Zacut. Lusit. Praxis admirand. lib. II. observat. 100 & observat. 101.

Aqua seu oedema pulmonum

Barrere observations tirées des Cadavres: Perpignan. 1751. 4°. pag. 37. & seq.

Per tres observationes ostendit pulmones aqua infartos invenisse: dum vivebant difficilis respiratio, Tussis sicca: Pulsus mollis, frequens, obscurus: tamquam frigore essent correpti. hic parum cura anti phlogistica prodest.

Signa.

Adhaerens Diaphramati

Ex Barrere ibidem pag. 44. observat. singularis

Miles aegrotabat tamquam si frigore esset correptus; febris parva: S.M. post 3[um] ingens dolor ad sinistrum latus assiduus, difficilis respiratio oboritur; ad costas spurias extendebatur: super dolorem cubabat assidue: pulsus parvus, frequens; facies pallida: moritur quamvis minus esset plusquam liberaliter sanguis.

Cadavere: lobus dexter pulmonis colore roseo anteriori facie; colore livido in posteriore; diaphragmati ita valide adhaerebat ut sine ruptione separari non posset; ubi adhaerebat colore puniceo tingebatur: hydatis in hoc lobo aqua plena inventa etiam fuit.

Erysipelas pulmonis.

Hydrops.

Hydrops Signum

Hic oculi palpebra inferior pedumque extremitates solent subtumescere &c. Petrus Salius Diversus Cap. V de Affectibus particularib.

52

Pia Mater

153
Renes

Succenturiati usus. in fetu urinam capere.

Vide Morgagni Epistol. 18.
Ex Instit. Bononiens. tom. ii. pag. 150.

Anatomicus Putius induxit animo nihil aliud esse, nisi diverticula quaedam quibus segregetur, & subigatur urinosum serum, quo renes fetuum plus justo abundant, tum invenas emulgentes transferatur, ut ibi sanguis ad fluendum aptior fiat. Et sane humani fetus vesica tres tantum liquoris uncias capax est, aut ut maxime IV, quamvis toto praegnationis tempore urinae librae tres minimum congregari in illam debeant; quare cum in fetu allantoides, aut pseudoallantoides sit nulla inquam derivari possit urina, existimat Putius hunc usum succenturiatis renibus tribui posse. observatio Fantoni probat: is enim puellam calculo laborantem, incidit mortuam; hi renes tamquam sacculos invenit. Putius cadaver meretriculae hydrope pectoris mortuae; hi renes ita grandes ac sunt plerumque veri renes.

Morbi

Cancro

Hydrops

vide in M.S. de Mbis melancholicis pag. 121. & 145. historiam sub finem

Philosop: Transact nº. 482. § 2. Saml Glass
Puella hydrope laborabat, cui tibiæ non inflatæ: parū urinæ emittebat, moritur: Cadavere: Ren dexter in maximum Saccum aquæ plenum excreverat totum abdomen, ~~[illegible]~~ implentem, & diaphragma detrudentem.

Abscessus in parte exteriore.

Barrere observations tirées des Cadavres. Perpignan. pag. 52.
Pus per urinam exibat: moritur, inventi abscessus in parte exteriore renum ex quibus pus ad vesicam pergebant: intus sani, neque in vesica abscessus inventus fuit: febre laborabat suppuratoria dum vivebat.

Morbi

Bartholinus (Th.) Cent. 1. histor. 38: refert se melancholicum, natura, vel curis non ait, detruncatum aperuisse cui renes succenturiati maiores cavitate ampla: ~~[illegible]~~ apud Bonet. lib. 1. § 9. obs. 36 p. 237.

54

Spinalis medullæ

55

Sinus

Maxillaris

Morbi

Polypi in Maxillari

Ruysch. obs. 77

Intra maxillarem sinum polypus natus, & ad gingivas descendens cauterio extirpatus, avulsis molaribus aliquot dentibus. Vidi ego tumorem ingentem post avulsum dentem in foemina; excrevit immaniter, ita ut os obturaret radix mali in sinu maxillari erat: Chirurgi malum secando exasperave-re: mortua tandem.

Testes.

Laesis testibus ~~Viri~~ tussit, respiratio afficitur: quia nervi, qui testes pertingunt, diaphragmati inserviunt: post immodeatum coitum, & cuis latera jam fatiscunt tussij, mane assidua: & scorbiculum dolet Cordis: vide Gunz Comm. ad lib. Hipp. de Humoribus pag. 227, & 228

Morbi

Herniae

Ex Ac. Sc. Hist. anno 1701. M. pag 271. A. Mery Candidus

Ibi plex casus refert quibus visum fuit intestina cum peritonaeo ad Scrotum descendisse: etiam omentum & anulos & vasa spermatica amplexum fuisse: Etiam Musculorum aponeuroses ventris herniam composuisse, conjunctis simul intestinis & peritonaeo

Vomitus Singultus mors.

VI[a] observ. pag. 288 quando urinae integra suppressio & cathetere vesica explorari nequit, tune cum tricuspide cava (trois quarts) supra ossa pubis, vel supra eorum commissuram ubi recti musculi conjunguntur ~~pene~~ perforanda vesica

Ischuria curanda.

57

Hippocr. de Humoribus § V. Ed. Vander Linden. pag. 322. tom. 1.

Ventriculus = Quemadmodum arboribus terra, ita animalibus ventriculus, & nutrit, & calefacit, & ~~refrigerat~~ frigefacit:

Dilatatio Ventriculi — Abdominis ad os pubis usque se extendens & implens, Lethalis, vomitus, alvus adstricta: Vide Historiam. ~~Medical~~ & Philosophical Commentaries Vol 2° Part. III pag. 294 ann. 1774. London. A. Duncan Scoto.

Pylorus.

Morbi Ruysch. obs. 39.

Scirrhus Juvenis dolore ventriculi diuturno cruciatus, vomebat etiam assidue, animi deliquia: aliquot ante mortem horis vomitus niger: Cadavere. Scirrhus inventus in fundo ventriculi pugnum magnitudine adaquans, materia nigra, tenaci refertus.

Contractus Ibi. observ. 68.
In cadaveri Nobilis ventriculus ita arctatus apparuit ut intestinum referret: Lugd. Batavor. 1730. vidi in Nosocomio cadaver apertum a D. Schat Professore, Ubi in quo ventriculus eamdem, ac duodenum capacitatem aquabat: Hepar distentissimum erat abcessu ingenti; quia ventriculum comprimebat, arctavit.

Dilatatus Pylorus Ibi. obs. 74:
Fame canina faemina laboravit: tormina ventris assidua: Cadavere: tantum pylorus dilatatus tantum inventus fuit, ut digitos omnes manus intromitti possent.

Pylorus Schirrhosus Ex Bonet. S. Anat. obsv. 33. tom. 1. p. 234
Juvenis temperie cholerica postquam potum musti, aut vappa, dubius erat enim Hypochondria quem accusaret, incidit in pondus in stomachi fundo; ructus foetidos, flatus in abdomine, aestum: Distentiones ne dejectiones cineritias foetidas, diarrhoeam aemulantes, hypochondrii; metus tristitia: post multa adhibita remedia subsequabantur, lancinationes, distentiones, deliquia animi, oedematosi pedes; fluxio ad aurem, brachium, femur (An paralysis?) ventriculi motus inversus Coma vigilans moritur.
Cadavere: In fundo ventriculi atramento similis copiosa & maxime corrupta materia foetida; pylorus scirrhosus arctissime clausus, ut vix pennam intromittere posset. mesenterio scirrhoso, lapidoso; sanguis ubi contentus ater: reliqua naturam observantia praeter in corde multam pinguedinem.
An a veneno, dato, malo hic initium sumpsit, morbus?

Cancer, & tumores cavitatem arctantes Ex Henr. Meibomii de Abcess. Intern. natura. Dresdae & Lipsiae 1718. 4°. pag. 49. & 50. Dolor cartilaginis mucronatae
Civis incepit queri de lassitudine praesertim crurum; post novas nuptias incepit de dolore in mucronatae fovea cordis ingenti queri, aliquando sinistrorsum, aliquando dextrorsum: dabat inde vomitus, cibis malum, & revertebat, simul ac assumeret alimenta, vel potulenta, quae rejicere subinde cogebatur.
Cadavere fundus ventriculi inventus putridus, & pylorus fluens cancro depastus, tumores circum tres cavum pylori arctantes qui dissecti glandulas inflatas referebant, vesica fellea bile distenta, & hepar bile oblinita.

Equi, asini vesica fellis carent: Ruysch obs. 31.

Lug. Bat. 1739.

Vesica fellis Seeger de ortu & Progressu bilis Cysticae Diss. inaug. Lug. Bat. ad vesi-
Ex variis demonstrat experimentis bilem hepaticam ex ductu hepatico ad vesi-
cam felleam adire per ductum cysticum: & quod bilis fel ex hoc tantum fon-
te ortum ducere: tempore pastus, ventriculo plenus comprimitur extus & intus
vesica fellea & exit bilis in intestina: ventriculo jejuno ventriculus duo
denum descendit & bilis hepatica & cystica per ductum communem in
testinum penetrare possunt: ideo stant & retinentur: sed cum bilis hepati-
ca jugiter secernatur ex hepate, & per canalem communem interclu
datur exitus, adscendet per canalem cysticum ad cystim felleam, & ibi
morata spissitudinem, quam in bile cystica observamus, acquiret.



§ Ex Dissertat. de chylosi foetus in utero a Christ. Jac. Trew 1715. 4° pag. 46
Extant sectiones duorum cadaverum in quibus inventus ductus cysticus valvulis spiralibus
obsitus: talis conformatio bili exeunti remoram nectit: quo impedita morbos pan-
creatis magnitudine aucta generat: fit illi flatuosus morbus ex diminutis coctioni-
bus: unde pro hypochondriacis habiti.

Ductus cysticus valvulis spiralibus obsitus

Vesicula fellis vacua in Hydrope: vid. 51. b. in hydrope.

Ruysch. obs. 31.

lapis — Vermes in vaccis — Hydrops vermes — hydrops

Invenit vesicam fellis in cadavere in varias distinctam cellulas; tunicamque bilis internam crusta calculusa esse obductam. Idem fere observavit in vaccis, in quibus vermes lati in poro biliario inventi fuere, qui bilis ingressum in intestinum impediebant: tunc bilis stagnans ad canalem illum post se crustam calculosam relinquit.

Calculus

Observat. 87. ibid.

Quidam Hydropicus asciticus mortuus Cadavere: tantum cadaver inventum, praeter solitum dàrius: Vesica fellis magna, valde dilatata humore aqueoso, neque bilioso, neque amaro, plena: in Canali cystico inventus calculus magnitudine pisi, qui adamussim canalem obturabat.

vesica fellis adhaerens colo, & peritonaeo. — dolores colici epigastrici frequentes

Ex Memoires del'Ac. de ch. Paris. tom. p. 172.

Foemina 30 annos nata, pinguis frequenter doloribus vehementissimis regione epigastrica torta incidit tandem in vehementissimos dolores cum totius ventris tensione, delirio oborta ventris evacuatione biliosa & purulanta evasit: post septem annos ex febre ardente moritur. Qui morbi Exc. Comit. de Lowenvolde fuere hujus generis?

Cadavere: vesica felis & hepar adhaerebant colo, & peritonaeo per longitudinem trium pollicum: vesica fellea parva; tota cavitas integre occupabatur per calculum qui vesicae universae adhaerebat: ne gutta quidem bilis aderat; tantum hepatica.

Erit ne pinguedinis causa defectum bilis cysticae sana existente hepatica?

pinguedinis causa

vesica fellis distentissima adhaerens — marasmus — quantitas ℔ XX. — Calculi LX.

Ibidem pag. 178.

Vir 45 an. natus aegrotare incepit ~~ex~~ rheumaticis symptomatibus febre; videbatur sanus; paulo post marasmo confici videbatur: tussis sicca; sed appetebat; dormiebat; ἀκεκσια: hepatis regio tumida: extendebatur tumor ab hepate ad ossa ilii: urinae rubrae turbida: excrementa albida: augebatur sensim marasmus; debilitas magis: mors.

Cadavera: Vesica fellis distentissima; ejus superior pars hepati adhaerebat; anterior peritonaeo: per molem suam hepar comprimebat versus diaphragma: liquor erat limpidus viscosus amarus, ~~ad~~ quantitatem ℔ 20: calculi 60 ibidem continebantur. in observ. M.S. similem leg.

Vesica fellis in saccos formata adhaerens — hysterici morbi doloribus colicis

Ibid. pag. 179.

Foemina 65 an. nata Morbis hystericis, cum colicis doloribus diu affecta, dextro latere tumor apparuit scirrhosus a costis spuriis ad os ilii se extendens: dolores cessarunt: tandem redierunt cum febre; alvus adstricta; irregularis febris cum profusa alvo, aliquando: Ventris tumor dolorosus: inflamatur ad suppurationem; pus sibi viam quaerebat. claudebatur aliquo: haec diu durarunt. tandem assidua febris, macies; mors. ~~hepatis~~

Cadavere: vesica fellis adhaerens integumentis ventris: parvus purulentus abscessus inter duos musculos obliquos: vesica fellis saccus multis constabat. inter quos tres excellebant in quibus tres inventi fueri calculi: adhaerebat vesica fellis intestino jejuno, & vicinis partibus ita adnexa ut explicari non poterat: spissa triplo in ejus Corpore — calculi

Ex calculis bilis dulcis

Philosoph. Trans. nº 483. § XIX. Haller ,,, Vesica fellea flava bile vix amara plena & calculis ad viginti exiguis, angulosis, quorum unus ita obsidebat ostium ductus Cystici, propius paulum cholidocho, quam prima cystici valvula, ut bilis, contra quam solet, ex vesicula premendo expelli non poset. Dulcedinem in bile, quando in calculos coivit, plerumque reperiri solet.

59

Ureteres

Morbi

apure dilatati Calculus

Ruysch. obs. 54

Mulier vehementissimis doloribus urinam redditura diu torta moritur: Cadavere Calculus inventus in uretere supra insertionem vesicæ: & qui tantum locum sibi struxit ut ejus ~~[illegible]~~ contenta esset in cavo: ureter deinde valde crassus in substantia, & amplus.

uretere coaliti

Ex Philosoph. Transact. N.° 474 Art. XVII: pag. 207. Mr Huxham. A. colici Fæmina calculis renum laborans unus pelvim intrans obturat ureterem: collabitur & dolores. coalita manet: quamvis per syphonem nisus fuisset liquor, ne gutta ejus quidem ad vesicam pervenit: lege corporis, & vasorum, quibus si humor deficit coalescunt: canalis arteriosus, urachus, vasa umbilicalia ostendunt. vide locum ubi de ventriculo, pyloro, hepate, intestinis morbis variis tentatis agitur, & de coalitu viscerum ob defectum roris ex omento, & peritonæo. vide M.S. Practicum titulo viscera coalita: vide Sis Cooper Anatomia ad Intestinum Colon.

Urethra

Morbi

Ischuria

H. de l'Ac. des Sc. tom. 1. p. 402

Miles ischuria laborans tentata cathetere exploratione vesica, quæ frustra, quia in traduci catheter nisi ad initium urethræ non poterat, moritur: Cadavere: Ureteres Sani: Urinā putrida vesica plena inventa fuit: Cicatrix inventa fuit ad urethræ initium: illa cicatrix Canalem urethræ arctare fecit; hinc quas vocant Carnosites originem trahunt, quamvis diverso sensu. Mery observavit.

Vesiculae Seminales

Uterus.

Placenta — Ex Ac. sc. hist. 1702. pag. 211. observ. Littre: placenta in initio foetus major, quam sub finem: crassior & sanguine turgidior ~~quam~~ in initio: ideo difficilior abortus, quam partus: & facilius intra uterum latent, quam post naturalem partum.

Menstrua — ibidem: Menstrua ex utero prodeunt: minime ex vagina. ibi refertur introitus menstruatus uteri os ad ad labia adhaerere tunc temporis menstruationis

Duplex — Ibidem. 1705. pag. 47. & la Mem. pag. 382
In puella bimestri inventus duplex uterus, cum duarum vaginarum in unam desinentium canalibus: hinc superfaetatio oriri potest: singulis his uteris unica adnascebatur tuba fallopiana, ovarium, ligamentum latum, rotundumque. — Superfoetatio

Vagina obturata — Ex Philos. Transact. N° 422.
Amyand Urinae suppressionem observavit ortam a sanguine in vagina obturata & adnata detento: quia ante 8 menses illa parturierat mulier duos ediderat ~~...~~ puerulos. tunc myrthiformes carunculae ita lacerae fuere ut conglutinarentur & ostium vulvae, seu antrum clauderent: per pondus urina supprimebatur: facta incisione decussata, & sanguinis lbiij exivere; tunc libere urina exiit. — Urina suppressio

Morbi. Uteri | Ex Ruysch. observ. 28.

Hydatides
Molae

Fiunt hydatides in utero ex relictæ placentæ frustris, gestato foetu per 2 menses: accidit aliquando ut molae fiant & ab utero exeant, quarum origo a placentæ frustris ex abortu felicis, vel tempore gestationis proximo partui: hinc quando placentæ junioris, id est, duorum, vel 3tium mensium, frustra relinquuntur mola exeunt: si placentis prope partum, fiunt hydatides, hae magis, quam illa uterum distendunt.

ibi. obs. 33.

inventas hydatides fuisse in utero, ortas a placenta matura relicta. Nam hepar & renes aliquando in hydatides abeunt, vasis ultimis in vesiculas abeuntibus: in Hydrope frequentius. ibi obs. 46, ubi historia hydatidum in ventarum humorem tenacem continentium. — Hepar Renes

Hydrops

Hist. Ac. Scient. ann. 1702. p. 214

Post partum lochia, ob Animi perturbationes molestas, retenta fuere: in hydropem incidit. Tunc acu tricuspide cava ex abdomine aquæ varii coloris, & consistentiæ putridæ non magna copia exeunt: increscunt subinde, & umbilicus sponte aperitur, quo facto aquæ collectae, fluunt curatur mulier. Venter nunquam ita tumidus fuit, ac Surae. (Ideo puto ex sanguine retento, corporis, sanguinis que compage non destructa, lochiorum ortum duxisse hydropem). — umbilicus

Scirrhus
Polypus cordis.

Philos. Transact. n° 481. § V. pag. 285

Anna Hick's inter 30 & 40 annum frigore correpta laborabat peripneumonia pulsus depressus, cordis palpitatio difficilis spiritus: S.M. celebrata parum profuit: cordis palpitatio, dolorque mansit: Cadavere

Venter elatus ita ut gravida putaretur: apparuit uterus magnus, durus quam valde: in exteriore superficie duo corpora dura pendentia & adhaerentia sui magnitudine; duæ adhuc similes, quamvis minores protuberantiæ apparebant: Substantia harum protuberantiarum non ita compacta ac dura ac illa uteri: ovaria & tubæ sanæ fere. Substantia uteri cartilaginosa.

Similem refert Ruysch Rer. Anatom. X. n° CVI. in vetulis ab illo observatus scirrhus: sed hac foemina cujus in historia fit mentio Juvenis erat

Cavitatibus adhesiones variæ. Corde dextro polypus carnosus.

Inflamatio nervorum uteri

Ex Inst. Bonon. tom. II. part. 2. pag. 185: vide totam Historiam MS. de morbis melancholicis 3a. pag. 148.

Fetus extra uterum.

Ex Instit. Bononiens. tom. II Part. III. pag. 251.

Similis ibi Cypriani historia est: fœtus novimestris in cavo abdominis inventus: Corallaria sunt: dum pariendi tempus erat uterus aperiebatur ac in vere parturientibus, quod negat Cyprianus. 2° nullum graviditatis signum certum esse: 3tio operationem qua fœtus extrahitur scisso abdomine periculo non carere ut Cyprianus affirmat: hac enim mulier facta operatione mortua fuit: placenta multis turgida vasis intra abdomen inventa fuit; unde per placentam nutrivi fœtum: perinde naturam tunicas seu Saccum intestino ileo adhærere ita firmiter ut perdifficile sine laceratione extrahi non potuisset.

62

Ovaria.

Signa partus peracti in cadavere.

Ex Hist. Ac. Sc. 1701. M. p. 109

Quando ova impraegnata ab ovario exeunt cicatrix relicta est: per quam in cadavere cognoscitur quantos edidit partus femina. Ita vidi in Cd [illegible]itein.

Morbi

Ex Hist. Ac. Scient. tom. II p. 244 – 245

foetus inventi ibi — In ovario cujusdam faeminae abscessu tentato invenit D. Mery os mandibulae superioris, & dentes ita absoluti, ut horum post aliquis sibi decem annos jam natos videretur.

— ibidem. pag. 31

In ovario puellae 18 ann. natae apparebat infans, sed monstrosa figura: tamen dentes oculi, capitis rudera observari poterant.

Ibidem 1701. M. p. 109 & seq.

Foetus — Intra ovarium inventus fuit foetus.

~~Ibidem 1702 M. p. 198~~

Febris

~~Foetus~~ Hydrops — Vide Philosoph. Transact. no. 466. p. 223.

~~ovarii Tympanites~~ — Communicavit mihi D. Kaau Boerh. ovarium cum tubis Utero, vagina feminae juvenis ex frigoris vi extinctae, quod ovarium aqua supernatabat: aperuit lanceola exit flatus multus & parum sanguinis liquidi; erat distentus plus solito, nam pugnum pueri aequabat / fuit factus hic tympanites inflando arterias, aere tunc repleta fuere ille ovarii; & hinc ansam errori dedit; hoc mihi Dom. Kaau, qui inflaverat declaravit.

Riuer. obser. 60: Cent. 1.

Refert viduam postquam asthmate, peripneumonia a frigore incaute suscepto, palpitationibus cordis, varia quamvis fuissent ex arte adhibita remedia, cum S. M., tum contra inflammationem & spirituum ataxias mortuam subito cecidisse.

Gangrena — Cadavere: Mediastinum pleno sero sanguineo: pulmo inventus materia purulenta refertus: Ovarium sinistrum ovum aequabat; colore nigricante, in Hyster. aff. tus gangraenam referens; nucleus internus erat grumus sanguinis putrefactus: palp. cord. forsan hic fons illorum hystericorum quibus erat obnoxia, & palpit. cordis.

Ex Hist Academ. Royall. des Scienc. an. 1707. p. 26.

distento, steatomate — Nihil ibi lectu dignum praeter mollem ovariorum, quae partes adjacentes comprimendo macerando in putredinem conversa fuere.

63

Tubae Fallopii

Morbi | Ruysch. observ. 83 | Sterilitas

Observatae tubae Fallopii fuisse obturatas, aliquando ad uteri insertionem aliquando ad earum finem: Causae sunt partus dolorosi admodum inflammationem tubis inducentes, vel ventris dolores inflamatorii: observavit A simul ac tubas has esse clausas ovariis esse connexas:

ibi observ. 84

Aliquando lochia per tubas Fallopii valde dilatas, in pelvim intrarunt & mortem arcesserunt. — dilatatae. Lochia.

Ib. obs. 85

Etiam sanguis menstruus per tubas Fallopii ad ovarium usque, dilatatas pertingere & adhaerere potest. — Menstrua.

Foetus intra

Ex Hist. Ac. Sc. 1702. M. p. 208

Faemina cadit ingenua succussu violento post 6 horas acribus doloribus ventris torqueri caepit: dolores per. 28 horas assidui fuere: menstrua tunc apparuerunt, singulis diebus minora evadentia: hae per septimanas sex. tunc frigidus sudor, facies pallida, venter durus, nausea assidua inanis, difficilima respiratio, fere aphonia, lipothymiae pulsus parvus intermittens: mors: dum in extremo mortis labore erat de dolore ventris acuto, de quadam valva. decussata & infra diaphragma sita amare querebatur.

in cadavere: foetus intra tubam fuit; & tuba fracta: vere ob casum, ex quo omnia mala.

Foetus

Ibidem 1702. p. 198

Foemina ex alto cadens in pedes gravida post 5 hebdomadas febri corripitur acuta, moritur intra V. dies. tuba fallopiana foetus in venitur. Ibidem Doct. Du Verney monstrat foetus in cavitate ventris inventos prius in tubis fuisse, & ad ventrem fuisse protrusos. — in ventris cavitate

64/
Nares

Morbi

Ruysch. observ. 44

Crusta calculosa

Puella ludens pilam ambræ parvam in nares adegit: ibi mansit occultata: dolores deinde patiebatur molestos: 14 ætat. anno sternutando pilam ejecit crusta lapidea obductam: Idem cum cerasi nucleo nare detento obvenisse ibi refertur:

Unde evidentissimum est omnes nostri corporis liquores aptos natos esse ut in corneam substantiam, calculosam evadant, simulac plus solito detineri, foveri.

65

Valvulae cordis

Valvulæ quatuor in Arteria pulmonali: vidi Morgagni Epist. 34 n°. 15: Sedes & Caussæ Morborum



 Ruysch. observ. 69.

Mercator diuturna orthopnaea, ante mortem pulsu debilissimo, ut vix percipi posset, lipothymiis sub assiduis moritur: cadavere: valvulae Semilunares osseae inventae ita clausae & connexae simul, ut nullus, per quem ex corde sinistro sanguis exiret pateret exitus

Foramen valvulæ Semil.

Vidi ego in Valvulam semilunarem ruptam, ita ut foramine esse aperta, limbus valvulæ hujus osseus erat: æger dum vixit profunde in pectore dolorem sentiebat: palpitatione Cordis ingenti detinebatur: mortuus quit tandem: hæc accidere possunt per verbera & Contusiones violentissimas in dorso; & levandis ponderibus uno Conatu. Petropoli Hanhart peritissimus Chirurgus demonstravit mihi.

66

Dentes

Ex Ruysch. obs. 82

Simul ac alveoli dentium carne, vel tartaro obturantur dentes vacillant, cadunt:
Etiam illis, quibus gingivae deficere incipiunt dentes cadunt; deficiunt ob
easdem causas. vel male affecto maxillae osse.

Vesica Urinaria

Oleum agmidalar. dulcium cum urinis redditum

Ex Instit. Bononiensi tom. 11. part. prim. p. 218

Refert Bacchetonus ibi Medicus lithotomus puellam febre ardente detentam ischuria correptam fuisse 3° a morbi insultu: oleum agmidal. dulcium medici exhibent: incassum nam urina suppressa erat: cathetere immisso die 4° 5° 6° & 7° urinæ horæ plures exivere: At septimo res mira, exeunt unciæ duæ cum granis octo, plus, quam olei assumpserat, olei agmidalarum dulcium tertio antequam assumpserat, puri.

Colligit ex his Bacchetonus opus esse ut viæ patulæ sint & inventis breviores quam anatomici usque invenerunt, alia per quas a ventriculo ad vesicam illud oleum sibi viam quæsivit.

Ruychius Observat. 89

Lapis — Juveni 25 cui lithotomia fuit administrata, tenaculis calculus ob ingentem molem, cum totam vesicam impleret, extrahi non potuit: vesica admodum crassiti[e] police crassa erat: in ejus interstitiis materia purulenta erat similis pinguedini fusae per ignem. — Spissa crassa. purul.

Fiunt herniae scroti vesica illuc descendente: ita Ruysch. vidit ibi observ. 98. — Hernia Scroti

Ex Mem. Ac. Sc. 1702. M. p. 26. A. Littre

Calculus in Substantia — Inventi duo calculi fueri intra vesicae tunicas: In rene sinistro in interno ulcus inventum, & a calculo expulso jam formatum, per ureterem descendens & vesicam intraturus detinebatur: inde abscessus & calculi detenti: Hi calculosi reddere urinam facillime possunt: investigati cathetere frustra: Cognosci morbus potest si digito in viris in Intestino recto, & foeminis in vulva & cathetere intus vesicam calculus comprimatur: facile inveniri potest: & cathetere vesicae tunicas discindere, ut in fundum cadant vesicae. Cognoscitur morbus ex urinis seroso-lacteis.

N.B. ibi demonstratur fere calculum vesicae parietibus internis adhaerere non posse.

Calculi in sacco repositi in vesica inventi — } Philosoph. Transact. N.º 462. p. 11.

Intestinum Rectum

Intestinum Coecum

Usus processus vermicularis Caeci est ut in eo maior liquoris tenuis separetur & ad caecum demittatur, ut faeces ibi durae factae cum illo liquore mistae faciliq; in Colon intestinum abeant: multis glandulis, per quas Succus ille solvens separatur, Constat Processus ille vermicularis.

Morbi

Ex Ruysch. observ. 95

Homo melancholicus Stranguria assidua valde incommoda: deinde difficulta aequalis alvum exonerandi: miserrime vitam, ad mortem, egit: Cadavere: calculi maiores in pelvi utriusque renis: tertius maximus in renis substantia dextri.: Ureteres & vesica sana: Intestinum rectum osi sacro ita adhaerebat ut malleo tantum separari potuerit: erat scirrosum, carneum, cavitate paleam tantum continere poterat.

Intesti-recti scirrhus

Ib. observ. 96.

Idem fere casus, ubi tantum intestinum rectum scirrho affectum erat: excrementa exitu non habebant: ideo remedia tantum lenientia hic: Senior C. de Lowenvolde hoc morbo in ~~Scirrhum~~ Cancrum verso propter empyricorum inscitiam mortuus est anno 1734.

Appendices pinguedinosa

Sanguis extravasatus in abdomine Corde jejuno

Femina 20 an. mater, mire ob animi motum lenem perturbari solita; flatus, lassitudo; falsam mentiebantur graviditatem Conatus ad vomendum, torminibus abdominis: Subsequutus ingens vomitus post aliquot menses: dolores immanes ventris, mors.

Cadavere aperto peritonaeo sanguis multus extra vasa in gyris intestinorum: cor exsangue. Lien putridus. Intestinum rectum utroque latere externe 20 appensa erant tamquam moschata pyra, quae dissecta, pinguedinem continebant: neque opteres ferre poterat, & frequenter tenesmo laborabat alvum exoneratura:

Lien putridus

Ex Commerc. literar. 1740 Hebdom. 30. Mens. Julii

Ex litteris ad me D. D. Schreib. $17\frac{22}{10}42$

Vidi volvulum, nunquam opinor descriptum, nempe Intestinum ileum, Coecum ⅞ intestini Coli, ingressa erant intestinum rectum & ⅛ Coli: chirurgi symptomata morbi non observaverant, dum in vivis aeger erat.

Volvulus —

Ex Ac. Scient. Hist. 1702. p. 234

Ossa faetus, qui in ventris cavitate erat, per I. R. emissa

Foemina os humeri sine carne per I. Rect. ejecit: praecesserant per 10 menses dolores Ischiatici, costarum, hepatis, febres, sp. difficilis, haemoptisis, marcor, febris adsidua: Menstrua regularia aderant; uterus integre sanus: faetus ex tuba fallop. in cavitatem 4tam incidit: manu & forficibus, quae per anum & foramen intestini recti ad cavitatem pergens introducta fuere, secantibus, arripientibus ossa cranii & reliqua multa arte, patientia ejecta fuere & mulier ad integram valetudinem redacta.

Merus insignis chirurgus perfecit: ~~[illegible]~~ non poenitebit, historiam, si patientiam, & animum operantis, & aegroti fortis cupies videre ~~[illegible]~~, legere.

— — — — — —

Ulcus adhaerentia

Ex Philosoph. Transact. N° 422. § IV

Colici dolores flatus multi

Quidam 40 annos natus temperamenti cholerici, jam ante longum tempus doloris Recti & Coeci colicis (in hypogastrio praesertim) & flatibus continuis tortus. Tribus ante mortem annis dejectiones biliosae purulentae, aliquando sanguine, aliquando mucilaginosis, & ita frequentibus ~~ut~~ aliquando vicies alvum deponeret intra breve tempus cum assiduo tenesmo: Sub finem harum evacuationes caruncula fungosa, livida, nigra Nucis moschatae magnitudine excreverat. aliquando alvus astricta, aliquando laxa; cum appetitu ingenti & voraci aliquando, aliquando prostrato: in dies languebat, siccus evadebat, color plumbeus, frequenter ~~[illegible]~~ flavo colore, urinis paucis, biliosis.

Cadavere

Omentum scirrhosum: bilis vesica semplena bile nigra: hepar scirrosis ~~[illegible]~~ tuberculis duris, albidis: Pancreas scirrosum: Intestinum Coecum in pelvi detrusum & cum recto adhaerebat; communicabantur per ulcus: ambo intestina gangraena affecta; recti intestini [3] gangraena membrana [2] interna corrupta, [4] cum glandulosis corporibus avellanam aequantibus nigris, duris: ambo intestina ita putrida ut

Recti Intestini

vide pag. 70

Cranium

Morbi

Cranium

Ex Tulpii observ. Amstel. 1672. 8°. obs. 2.

Fissurae tabulae internae

Quidam sclopeto in occipite ictus, Concidit protinus, foras vix laesus: febres, Convulsiones; trepano San- *Stillae Sanguinis a cranio*
guis supra membranas latitans exivit: 6° mortuus: Dum terebra aperiebatur Cranium guttae Sanguinis stillabant
ex universa calvaria: Dissecto Cranio foras calvaria illaesa; interne variae secundae tabulae Rimae, ap-
paruerunt: Dura mater livida, Cerebrum Syderatum; venae lacerae, ad basim cerebri, & rete mirabile
Sanguis concretus.

Cerebrum Syderatum

